

Johann Sithmann Johann Köhler


Disputatio Secunda, Speculi Imperii Romani Veteris Et Moderni Ex I. 2. ff. de O. I. ad modernum usq[ue] Imperii statum, & formam continuati De Decem Viris Legibus XII. Tab. Collegio Pontificum: Equestribus Romanis: Plebe: Comitiiis: Tribubus Et Plebiscitis

Stetini: Goetschius, 1650


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75740510X>


Druck Freier  Zugang





V. K. 2 (165.)





13

DISPUTATIO SECUNDA.
SPECVLI IMPERII ROMANI
VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii
Statum & formam continuati

DE

DECEMVIRIS:
LEGIBUS XII. TAB. COL-
LEGIO PONTIFICVM: EQVE-
STRIBUS ROMANIS: PLEBE:
COMITIIS: TRIBUBUS
ET PLEBISCITIS,

Quam

S. S. Triade feliciter annuente

PRÆSIDE

Clarissimo, Consultissimo, & Excellentissimo

DN. JOHANNE *Sichman* Pom. J. U. D.

ET PROFESSORE REGIO, Præceptore, &
Curatore ævili. num honorando,

publica Diquisitioni submittit

JOHANNES *Köhler* Stetinenf. Pom.


Inacroaterio Majori die 8. Nov. horis ab 8. matutinis.

ANNO M DC L.

STETINI,

TYPIS GEORGII GOETSCHII, PÆDAG. REGII TYPOGR.

J.V.



*Magnifico, Nobilissimis, Amplissimis, Clarissimis,
Excellentissimis, Consultissimis ac Praestantissimis*

VIRIS

**Dn. SIMONI MATTHIÆ von Rosenhand/
Regio Status in Pomerania Consiliario.**

**Dn. HENRICO COELESTINO von
Steenbach/ J. U. D. & Sereniss. Majest. Sveciæ Con-
siliario, eminentissimo, hæred. in Schönungen.**

**Dn. JOHANNI Sichman/ J. U. D. &
Profesori Regii Pædagogii Stetinenfis Clarissimo.**

**Dn. JOACHIMO Hammermeister/
Juris Utriusq; Consultissimo, Archidicasterii Steti-
nenfis Protonotario dignissimo.**

**Dn. CHRISTIANO Schwargen/ Sz. Rz.
Svec. Archivario meritissimo.**

**Dnis. Mœcenatibus, Patronis, Fautoribus,
nec non respective Curatori ac Co-
gnatis, submisise colendis, suspicien-
dis, dicat consecratq;**

JOHANNES Köbler Resp.

Quæ legum *Tabula*: Fûerit quæ *Causa* ferendi;
Quæ tulerit celebris *Triga* probata *Virum*;
Pontificum quænam *Collegia*: & abdita *Jura*;
Quæ vive dies *fastus*: Quæ vive *nefastus* erat:
Ordo & *Equestrîs* quis: Quæ *Plebs*: *Comitia* quotnam;
Curia: Quidve *Tribus*: *Scitag*, plebis erant.
Hæc ut *JANE* scias *fatagis*. *Conatibus* insta,
Gratum erit hocce tuis, *Commoda* tute feres.

Gratulor, & apprecor.

JOAN Sithman J. U. D. & Profesf.
PRÆSES.

In *Triumviros* LL. XII. *Tabb.* concinnatores.

Cecropiam pergunt *Albus Camerinus* & *Aulus*:
Urbs æterna sacris *Juribus* inde cluit.
Parifios properant *Blitus*, *Taxander* & *Idmon*:
Aut avis aut *quadrupes* redditur inde *suis*.
Hinc scelus & *vitium* nostras *plantantur* in *oras*:
Hinc magnâ cœmunt *sedulitate* *malum*.
Itala *mollities* *subit*, ac *Hispanicus* *hydrops*,
Anglica *furta* *juvant* & *Patricida* *manus*.
Nil vicinus *habet*, *quamvis* *laudabilis*, *orbis*:
Germanam *negligunt*, *nec placet* *illa Fides*.

scrib. in grat. Ornatisf. Resp.

HENRICUS SCHÆVIUS, D.
Poët. & Prof.

UT non laude vacant summi qui iusta *Jehovæ*,
Quæ sunt in *geminis*, *duro* ex *adamante*, *tabellis*
Tradita

Tradita per Mosen Jacobæo semine natis,
Probe perpendunt, simul & quam plurima nobis
Imponant, quorum propriâ virtute rigorem
Ferre potest nemo, tamen omnes ferre tenentur
Aut condemnari; ni qui ferat adsit læsus.

Sic quoque cantandi quævis nota volumina juris
Utraque, quum nobis etiam mandata tremenda,
Jovæ propinent eadem, quæ dogmata verbi
Divini inculcant. Cultores ergo Themistos
Statutis Jovæ, veluti vult turba maligna,
Non adversantur, sed toto pectore & ore
Confirmant. His Te studiis, Köhlere, decentes
Annumerat. cursumque pium jam strenuus intras,
Astreaque subis cælum ductrice Themiste,
Quæ dein & militior virtus Te æquabit Olympo.

Hanc sincera amicitia reseram Doctis.

Dn. Respond. l. m. g. adjecit

SAMUEL CHYTRÆUS

Fridl. Lufatus.

Ad Dn. Respondentem amicum lectissimum.

Cur Te scrutari pigeat Latialia jura.
Hec te non modicum quum tennis se juvent?
Nomine mutato namque horum permanet idem
Ufus, Teutonio, quo utimur ecce solo.

In honorem Respondentis fudit

Christianus ab Heidebreck,
Nob. Pom.

✠ (o) ✠
✠

29.
SPECULI IMPERII ROMANI
VETERIS ET MODERNI

45.

Ex l. 2. ff. de O. I. ad modernum usq; Imperii
statum & formam continuati.

DISPUTATIO SECUNDA

DE

DECENVIRIS: LEGIBVS
XII. TAB: COLLEGIO PONTIFI-
CUM·EQVESTREBUS ROMANIS:
PLEBE: COMITIIS: TRIBUBUS,
ET PLEBISCITIS.

RESPONDENTE

JOHANNE Köhler Stetinens. Pomerano.

Ad §. 4.

De Decemviris, & LL. XII. Tabularum.



X hisce Erroribus labitur in plures Pompo-
nius † Non enim Regibus exactis statim succedere
Decemviri, & Leges XII. Tab. sed prima post eos ju-
ra fuere plebiscita A. V. cclxii. propter secessionem
in montem sacrum lata Anno post Regifugium xviii.

Decemviri etiam electi tandem A. V. ccciii. Deinde quis dubita-
bit à Regifugio usq; ad latas L. xii. tab. Scta nulla esse promulgata,
ac leges sancitas, quæ L. xii. Tab. præcessere. Constat namq;
L. Agrariam circiter A. V. cclxv: L. Publiliam A. V. cclxxxii. esse la-
tam & paulo post L. de Aventino, & L. Tarpejam. Tum & non
Decem Viri Athenas misit, sed tres duntaxat. † Deliria, an insomnia
Accursii hic rideas queis propter ignorantiam Historiæ plenus. Sed
ita res est. Plebe Romanâ tum ob creandos de plebe Magistratus:
tum ob legem Agrariam ferendam: tum ob sævitiam fœnerato-
rum

E

rum

rum tollendam: tum propter maritandos cum plebe patritios: tum ob legum ferendarum prerogativam, quam ex populo Patriitii offerebant, quotidianis seditionibus omnia involvente, legesq; communes aliunde petente, tandem L. Terentia quæ per decem annos jactata, placuit leges extraneas accersiri. Liv. lib. 3. Instructis quapropter ex publico triremibus, missi sunt Athenas *Spurius Posthumus Albus: Publius Sulpicius Camerinus, & Aulus Manlius c. fuerunt uli: Dist.* Græcarum civitatum imprimis *Solonis* inclytas leges describere Liv. d. loc.

3. † *Græcia* namq; olim omni disciplinarum genere excultissima, quæ famam, quæ gloriam, quæ doctrinam, quæ plurimas artes bellicamq; virtutem Romulæ laudi vix impar fuit Cic. pro Flac. & 4. *Tusculan.* Unde proverbium. *Artibus, Græci: Galli, robore: Hispani, numero: Pæni, calliditate* pollut.

- Solonis* insuper leges *Draconis* præferrebantur, & ob sanctitatem celebriores erant † Ex legibus namq; *Moyfis* multas in suas
4. leges transtulisse *Solonem* Diodor. Sicul. scripsit † Quicquid enim post *Moysem*, qui legum Tabulas primus à Deo accepit, posterius legum Scriptores in monumentis reliquere, id totum tanquam simiæ primû *Ægyptii* à *Moyse*: ab *Ægyptiis* Græci: à Græcis Romani mutuati sunt, uti *Ficinus* & *Eusebius* testantur. Atq; exinde tota Juris
6. scripti propago proferitur. † Quicquid enim Juri divino & rationi naturali contrariû est, non jus, sed injuria & Tyrannis est. c. erat autem lex dist. 5. † Legati tertio redeuntes annò leges collectas afferunt, pro quibus censendis promulgandisq; centuriatis comitiis. A. V. ccciii. referente Consule P. Sestio Decemviri creantur: *Appius Claudius: T. Genutius: P. Sextius: L. Veturius C. Julius. A. Manlius: P. Sulpitius: P. Curiatius: T. Romulus: S. Posthumus*: placuitq; hos Consulatu submotò summos post Reges esse Magistratus sine provocatione, & Decimo quolibet die jus populo singulos reddere, eò die penes præfectum Juris XII. fasces fore. Eòdem ergo annò X. Tabulis propositis populum ad concionem advocant, ire & legere propositas leges jubent, se quantum Decem hominum ingenii provideri potuerit omnibus summis, Infimisq; jura æquasse, & si quid populo emendandum visum fuerit, æquò se audituros animò contestan-

stantes: Postquam apparuit satis esse emendatas X. Legum Tabulas comitiis centuriatis perferunt, & se simul Magistratu abdicant: Mox autem rumor percrebuit, si adhuc *duæ Tabulæ* adderentur, jus perfectum fore. Habitis Comitiis alii Decemviri furrogati sunt: Tunc Appius, cui Comitia habere datum fuerat, se contra jus fasque X. virum ipsum creat, in Collegas ascitis: *M. Cornelio Maluginensi, M. Sergio: L. Minutio: Q. Fabio Vitulano: Q. Petilio: T. Antonio Merenda: C. Duillio: S. Oppio Cornicensi. M. Rabulejo.* Quos novos collegas priusquam inirent Magistratum in suos mores formare cepit, quotidie coibant remotis arbitris, singulis Regis unius Insignibus per urbem procedentibus, duodecim Reges repræsentabant, forum 120. fascibus & lictoribus implentes. Incredibile est quantum ea res terrorem urbi injecerit, quam Tyranicam formam per triennium contra leges continuabant, placuerat namque hunc Magistratum tantummodo esse annum.

Interea *duas* adhuc Tabulas legum prioris anni X. Tabulis adjiciebant, quæ supplementa à *Faliscis & Cretensibus* mutuabantur, nec quicquam supererat, nisi ex leges centuriatis perferrentur Comitiis, quibus speretis, omnia vi & injuriâ agebant, rumorque incertò aut hore exierat, clam dejerasse Comitiâ se ne unquam habituros omnem potestatem in se solos penitus derivando, donec Appii lasciviâ fracti, partim in Carcere enecarentur, partim in exilium mitterentur, quod pluribus dicitur ad §. 20. 21. & c.

† Hæ sunt XII. illæ Tabularum leges, quæ secundum Liv. 8. lib. 3. *Fons omnis publici, privatiq; Juris sunt.* Et Cicero ait: *Discam quod sentio* fremant omnes licet, bibliothecas me hercle omnium Philosophorum unus mihi videtur L. XII. Tabul. libellus, si quis legum fontem & capita viderit, & utilitatis pondere & utilitatis ubertate superare *lib. de Orator. Tacit. lib. 5. Annal.*

Harum † posteriorum tabularum ferendarum authorem 9.1 *Hermodorum Ephesum* sensisse Pomponium interpretor, causa enim quod priores X. ferrentur non Hermodorus, sed Tribunorum varii fuere motus, quod dixi ad §. 3. Diogenes Laertius & Plin. lib. 34. c. 5. hunc legum harum interpretem asserunt. Forsterus authorem facit *Appium Claudium X. Virum Histor. Jur. Civ. Roman. lib 2. c. 3.*

10. † Ephesō exulare jusus est, quod *vir probus* esset, quod ait Cicero *5. Tusculan. Quæst.* ei post statua Romæ posita fuit. Strab. *lib. 14.*
11. † Hanc pro virtute mercedem retulere ex Ephesō *Hermodorus* noster: *Hipponax Poëta: Parmisus Pictor: Apelles: Alexander Orator,* & *Theodotion Judeus* quod sacram scripturam interpretatus esset. Strabo *lib. 14.* De nostro Hermodoro loquens sic ait: Digni sunt ad unum omnes Ephesii, quibus laqueō gula frangatur: qui Hermodorum virum inter ipsos utilem exiliō multarunt, dicentes: *Nemo de nobis unus pra alius inclarescat: sed si quis extiterit: alio in loco, & apud alios fiet.*
12. † Erat alioquin Ephesus Græcarum civitatum fere princeps & comprimis *Dianæ* templō celeberrimō à tota Asia *ducentis viginti annis, & centum viginti septem columnis à totidem Regibus in eo positis* exstructō, clarissima, quod ab *Herostrato* quodam, ex facinore tanto immortalitatem nominis sperante, incensum & concrematum fuit.
13. Ait Pomponius † Decemviros leges hæcæ perscripsisse & *pro Rostris* posuisse, quod ex Livio & Halicarnasæo ita interpretor: Decemviri priores X. Tabul leges Comitiiis centuriatis publicarunt, sed *supplementa* nullis comitiis ad populum lata sunt. Dionys. Utræq; à Decemviris perscriptæ quidem, sed infixæ & insculptæ Tabulis *aneis non eboreis*, ut comminiscitur Pomponius, & pro Rostris positæ sunt non à *Decemviris*, qui communis error est, sed *Consulibus* denuo suffectis *L. Valerio Potito, & M. Horatio Barbato & Decem Tribunis* tum noviter creatis *A. Virginio: Lucio Icilio: Publico Numitorio: Cajo Apronio: Appio Julio: Cajo Sicinio: Cajo Oppio: Marco Duellio: Marco Titinnio: & Marco Pomponio*, quod evidenter cognoscimus ex Livio *lib. 3.* † *Rostra* quid fuerint explicat Livius *lib. 8.* Myrsing. & Dd. *ad §. lex est 4. Instit. de I. n. g. & c.*
14. Fuit autem † *C. Mevius* qui devictis Antiatibus in suggestu Rostra fixit, quod reperio apud Plin. *lib. 34. cap. 1.*

Ad §. 5. 6. & 7.

De Collegio Pontificum.

15. † **P**ulsis Amo V. C. ccvi. Decemviris & regimine Consulibus redditō, leges Tabularum XII. in urbe extabant quidem, verum

rum non erat, qui eas interpretaretur, vel litigandi formas in foro præscriberet. Totum ergo hoc interpretationis, iudiciiq; instituendi negotium delatum est ad *Jctos & Collegium Pontificum* ut nudum interpretandi & litigandi munus haberent. Ex his fuit. † *Appius Claudius* non ille *Decemvir* cognomine *Cæcus*, de quo 16. infra pluribus ago, qui ex medulla legum XII. Tabularum legum *actiones*, & *certain ligandi formulas* composuit, secundum quas secretò judicia exercebant.

Enatum ergò hòc tempore *novum Jus*, sed non *novus Magistratus* qui cum plena jurisdictione jus diceret, quæ ad populum & Consules jam dum redierat. † Erat ante Decemviros penes populum *ius sancienti leges: Magistratus Majores creandi: & bellum indicendi* ex concessione Romuli Dionys. Ex L. Valeria habebat animadversionem in *caput* Civis Romani Liv. lib. 2. Cætera omnia erant penes Senatum & Consules, quæ singula una cum Populi jure sub Decemviris erant sopita, eis depositis, omnia restituebantur, † ac Insuper L. XII. Tab. interpretatio *Jctis & Pontificum collegio* 18. *sine jurisdictione* omnimodà committebatur. † Deprehendo ut 19. dum iudicio privatorum præsent, ne illud omninò vanum & sine ulla executione illusorium foret *l. si præter 7. de Judic. l. fin. ne quid in loc. publ. multa* impositionem eis fuisse cõcessam, ex Dionysio qui ait lib. 2: Tum privatis hominibus quicumq; Deum aut geniorum cultus nesciunt, isti enarratores & Prophetæ sunt: Et si quos sentiunt jus suis minime parentes, multant, ad unum quodq; negotium respicientes, quæ multæ impositio tam in rerum sacrarum, quam privatorum contumacia locum habebat, ulterius non processere donec prætores eis substituerentur *l. veluti de V. O. Cicer. pro Cæcin.*

Totum † proinde hoc *ius civile, & legum actiones*, quæis fundabatur *fori disceptatio* † dependebant committente populo ex voluntate, Interpretatione, & dictamine *prudentum*, in arduis tamen causis *Pontificum Maximorum*, qualis ex *Jctis* fuit *Q. Mutius Publii filius, Scævola & alii &c.* quæ causa est, quòd hoc jus civile peculiare nomen, ut aliæ Juris scripti species non sit adeptum, sed tantum in genere jus civile sine scripto nuncupatum, non quod

21. moribus peculiariter quicquam sit tribuendum. Leges t̄ quippe XII. Tabul. civiles scriptæ erant, & publicè sancitæ, præter mores Romæ usitatos, ideoq; interpretationes & glossemata hæc erant legis instar propter peculiare, & solemnes formulas, eoq; minus ad naturam *consuetudinis* transibant, quantum magis actiones & processus hic urbi proprius, licet publicâ sanctione non erat introductus.
22. Ex t̄ solo Jctorum & Pontificum legali arbitrio quotidie Clientibus sollicitantibus formulæ communicabantur, quam Juris dicendi licentiam Icti cum Pontificibus à populo universo sibi habebant concessam.
23. Deficiente ergo t̄ sanctione verè neleges fuere hæ Interpretationes, nec tamen morum seu consuetudinum indolem repræsentabant, quia non ex tacito populi consensu per diuturnitatem temporis introducti erant, sed pro ut casus obveniret, ex solo Collegii Pontificalis & Ictorum dictamine nascebantur.
34. Quo ergo t̄ illud *jus non scriptum* Pomponii? An ad *æquitatis* classem reducendum? Hoc, nemine quod sciam sic dicente, ut asseram, valdè pronus sum, æquitas namq; juris non scripti pars & species est, quod colligitur ex *l. 2. §. item variis ff. de aq. & aq. pluvia arcend. l. in his 20. ff. de condit. & demonstrat. l. 25. ff. de LL.* Duaren. ad titul. de l. & l. cap. 2. Et disputat. annivers. lib. 2. c. 18. Coras. de arte Jur. p. 1. c. 15. Ac principale & proprium hoc Ictorum & Pontificum negotium fuit, ut leges à Decemviris latas ex æquo & bono interpretarentur, illaq; Interpretatio sine scripto venit & jus civile appellata est.
35. Atq; t̄ hodiernum hoc ex æquitate Interpretationis munus apprime Ictis competit, quâ de re Servius Sulpitius multum commendatur à Cicer. *Philipp. 9.* quod jura semper ad æquitatem referret, & Gallus Aquilius *In orat. pro Cæciliæ*. Celsus adolescens queritur in quæstione, quæ de æquo & bono oritur plerumq; sub auctoritate juris scientiæ perniciosè errati in *l. si servum §. sequitur ff. de V. S.*
36. Hanc t̄ Interpretationem juris & actionum formulas plurimum auctoritatis Ictis illis, & qui ex præstantioribus in Collegium Pontificum lecti erant, conciliasse facile conjicitur. Ex collegio

pro namq; *Ictus* vel *Pontifex Maximus* constituebatur, qui quolibet anno privatis praeerat, pro arbitrio tamen legali, plebi licet, populoq; ignoto, secundum illud Scævola: *Pontificem neminem bonum esse, nisi Jus civile exquisitè calleret*, ut cives perpetuo necessum haberent, *Ictos* & Collegium Pontificum super casibus datis consulere, cujus exemplum est in *l. ult. §. 1. ff. de mori. Infer.* Ideoq; jus civile per multa secula inter sacra, caeremoniasq; Deorum abditum solisq; Pontificibus notum fuisse scribunt. Cic. *pro Muren.* Et, Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 1.*

† Pontificiam dignitatem primum *Numa* constituit, sed sine tunc potissimum alio. Dionys. Liv. & Plutarch. Instituit autem secundum Livium † duntaxat *unum, Marcum* scil. M. Filium, cui sacra omnia peragenda attribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fieret, atq; unde in eos sumptus, pecuniave erogaretur, Coetera tam publica quam privata sacra hujus Pontificis Maximi scitis subjecit utq; iusta funebria, quomodoq; placandi manes idem Pontifex edoceret. Non multo † post tamen *quatuor* sunt creati Pontifices, qui numerus usq; ad consulatum M. Valerii Corvini & Q. Apuleji Pansa ad annos supra *Quadringentos* permansit † quo tempore *octo* creati sunt, quatuor ex Patritiis quatuor ex plebe. Primitus namq; ex Patribus tantum hos eligere licuit Liv. *lib. 10.* Sed Tribunitiis rogationibus tandem Plebs obtinuit, sub hoc Consulatu qui incidit in annum urbis *ccccliii.* ut etiam ex suo Corpore *Lege Ogulnia* quatuor eligerentur.

† *Sylla* suo tempore numerum ampliavit ut essent *quindecim*, Plebeis simul admisis, primum ex Plebe Pontificem Maximum *Tiberium Coruncanum* *Ictum* electum esse refert Flor. *18. Epitom. Liv.*

Erat † ex hisce Pontificibus unus *Maximus*; Caeteri dicebantur *Minores*: Ille rerum ad sacra & religionem pertinentium Judex, vindexq; contumaciae privatorum, ac minorum Pontificum fuit. Principale autem hujus munus erat, quod circa res sacras esset constitutum animadvertere & gubernare, foro praeerat alius ut mox dicetur. Obtingebat illi regulariter, qui prior in Collegium esset ascitus, unde minores alii, & minimus novissimus dictus est.

Fest.

Fest. Ideo annales sacrorum inter alia in album efferebat & proponebat Tabulam domi, potestas ut esset Populo cognoscendi, Cicer. de Orator. 2. Hunc si quis velit Hierodidasalum, sive Hieronomam sive Hierophylacem sive Hierophantam dicere à vero non aberrabit.

33. Hos † idcirco Dionysius ait, nulli fuisse causæ dicendæ aut multæ obnoxios, neq; Senatui, neq; populo rationem reddentes. Defuncto horum uno non à populo, sed eis ipsis alium fuisse electum & substitutum, qui ex civibus maximè idoneus visus fuerit, & cui bonarum avium augurium evenerit.

34. † Ex his Pontificibus quotannis constituebatur, qui *privatis* jus diceret. Pontifices enim sacris alioquin addicti, singulis momentis convenire nequibant. *Privatus* sic dictus Pontifex ut iudiciū litigantibus præberet, hoc ex delegatione, sive dandæ sive denegandæ actionis officium & facultatem habens, sine tamen pleno aut vero Magistratus jure, suspectum namq; maximè ferebat populus quod tantò terrore in Decemviris erat expertus, in ICTis &

35. Pontificibus his denuo subvereri. Pronunciavit † hic Pontifex Privatus regulariter secundum L. XII. Tabul. In casibus autem indecisus secundum *Legis actiones*, sive *jus civile* ab Appio Claudio Cæco ex collegio ICTorum & Pontificum, additis certis actionum formulis compositum, & descriptum, quod jus civile ait Pomponius *sine scripto* venisse h. e. ex arbitrio & dictamine prudentum nullâ publicâ sanctione ad populum delatâ.

36. Sed † fuerunt ne LL. *actiones Civilis potius an gentium Juris?* Hoc non asfero, quod & in prædictis demonstratum est. Fuit enim Collegium Pontificum primum à Numâ, deinde à populo & Tribunitiis rogationibus institutum, ipsæq; actionum formulæ peculiare erant, & à gentium aliarum jure procul dubio separata, quarum formularum reliquæ variæ extant, prout actiones variæ datæ sunt.

37. † In *rei vindicationibus* ex L. XII. Tab in *rem præsentem* actum est, unde antiqui dixerunt *In rem præsentem venire*, quod meminit Cicer. de Orat. quem agendi modum procul dubio, utpote in casu deciso Pontifices & ICTi in illo iudicio retinere, quod paulo aliter à Prætoribus immutatum est, qui Pontificibus succedere, ubi alter alterum

terum in rem vel agrum litigiosum vocabat, ex eoq; terræ quandam glebam ad Prætorem ambo deferebant, atq; in ea fundum vindicabant, quod iudicium vocabatur *ex jure manu confertum vocare*.

† Formula pro *actore* talis erat concepta: Fundus qui est in agro qui Sabinus vocatur meus est, eum ego ex jure *Quiritum* meum esse ajo. Inde ibi ego te ex jure manu confertum voco. *Reus* respondebat, unde tu me ex jure manu confertum vocasti inde ego te revoco. *Prætor*: Utrisque; superstitibus istam viam dico: Inite viam; aut redite viam. *Actor* Quando te in jure conspicio, postulo, anne sis auctor. *Reus*. Auctor. Sed à me tu dicis quâ causâ vindicaveris? Adversario negante aut tacente, Prætor ei qui vindicaverat rem addicebat, idq; *Legis actio* vocabatur. Præparatoria autem harum actionum erant interemptiones & vindiciæ. Hæ erant *jus possessionis*, quod qui ex litigatoribus melius probasset dabat *vindicem*, seu *prædem* velut hodie loquimur *fidejussorem* se interea rem possessam non deteriorem facturum. Alciat. in *l. pecunia verbum* §. *actionis* ff. de *V. S.* vid. & Cicer. in *Orat. pro Muren. pro Cæcin.* Item Valer. & Prob.

† In *actione personali* usitata formula erat: Ajo te mihi facere, dare oportere, Valer. & in §. *Sic ita. Instit. de action* Olim. qui antestabantur, auriculam testium contrectabant, his verbis loquentes: Licet antestari? quod scribit Horat. 1. *Salv. 9.*

--- & quò tuturpissime? magnâ

Exclamat voce, & licet antestari:

Si ille responderet, *licet*. Iniectione manus adversarium in jus rapiebat. Horat. *d. loc. Dimittendi* iudicii formula erat: Actum est *ilicet* h. e. *ire licet*. Donat in *Phormion*. Formula *divortii* vulgata fuit: Tuas tibi res habeto: Tuas tibi res agito. *l. 2. ff. de divort. & repud. Scivolundi*: Spondes? spondeo; Promittis? promitto; fidejubes? fidejubeo. Dabis? dabo, facies? faciam. *Instit. §. 1. de V. O.*

Hæ & similes erant *ICtorum* & pontificum formulæ quibus in iudicio experiebantur. *Civibus nec licuit inconsulto Collegio formula aliâ uti, nisi eam quis continuò impetrasset.*

† Hæc formularum impetrandarum necessitas causam Pontifici-

F

40.
tifici-

tificibus ambitioni & avaritiæ præbuit; effectum deniq; ut libellus harum actionum à Flavio, Appii olim scriba surreptus, ad manus populi deveniret, Ipsaq; Juris dicendi potestas prætoribus committeretur, cum mixto & nonnunquam etiam (cum Quæsitores facti) mero Imperio & tandem omnes hæc formula, & curiosa verborum aucupia ab Imperatoribus penitus abrogarentur l. 1. & 2. C. de formul. & Impetrat. sublat.

41. Exinde † hodie judicia dicuntur *extraordinaria* §. fin. *Inst. de Interdict.* genusq; actionis de jure civili non necesse est in libello diserte exprimi, modo ex congrua facti narratione iudex, quo actionis genere quis experiatur, habere queat cognitum *c. dilecti*. ubi CC. *extr. de Judic.* Dd. in *l. edita C. de Edend.* Adeò ut licet quis ineptum genus actionis expresferit, & tamen in narratione facti libellus adeò planus & perspicuus sit exhibitus, ut legalis iudex de actionis competentia satis informari queat, pro eo sententiam formare possit & debeat CC. in *c. examinata. Extr. de Judic.*
42. Cœterum † ut ut hæc Ictorum & Pontificum actionum formulæ juris civilis procul dubio fuerint, non tamen adducor ut credam, quod tamen multis contra indubitatum est, actiones in genere materialiter (prioribus exceptis) *Juris civilis esse.*
43. † Constat namq; jure gentium potuisse condici. *l. rerum 25. in fin. ff. Rev. amotar. l. 2. §. de inde ff. eod.* quod tenet Mudæus *ad §. 1. Instur de action. Zas. singular. Respons. lib. 2. c. 5.*
44. † Ipsiq; contractus, qui mater sunt actionum personalium, de jure gentium introducti sunt. *l. 4. & 5. ff. de I. & I.*
45. † Certe crediderim quicquid Dd. super hisce *ll. 4. & 5. ff. d. loc. de contractibus* merè civilibus sese torqueant Govean. *l. lect. 20. Faber. 2. Semestr. 2. fol. 22. Forcat in l. 3. ff. de I. & I. Connan. 1. Comment. n. 7. Vasq. Controvers. c. 18. n. 4. cum sqq. Donell. 1. Comment. 10. Wefenb. Consil. n. 5. Hotoman. ad §. 2. Institut. de I. & I. omnes in genere contractus materiam juri gentium debere; formam verò & solennitatem, eamq; modo majorem, modo minore, juri civili. *v. c.**
46. † *Mancipium* seu nexus civium Romanorum erat proprius, attamen à jure gentium seminatus dicitur. Cicero *in Topic. & pro Cacin.*

† *Stipu.*

† *Stipulatio* certas habebat formulas à jure civili præscriptas. 47.
l. ult. ff. de duob. reis. l. 53. ff. de acquir. rer. domin. l. si debitori 27. ff. de fidejus. Ulpianus tamen ait juris gentium esse *acceptilationem* in *l. an inutilis 8. §. 4. ff. de acceptilat.*

Proprius Romanorum † erat ritus *coemptio* in matrimoniis 48.
tribus asibus confecta: *Hotoman*: Sponsa unum habebat in manu, quem sponso dabat, quæsi illò pretiò sibi coempto; *alterum* in pede, quem in foro Diis laribus deponebat: *tertium* in Sacciperio ferebat, quem in vicino compito de fodiebat. Matrimonia tamen ipsa fuerunt semper apud gentes alias omnes ritu æquipollenti, vel alio celebrata.

† *Emphyteusis* quæ materiam vel *locationi* ad longum tempus, 49.
 vel *emptioni*, vel *agricultura* similis est, cujus meminit Anastas: in *l. 18. C. de agricol. & Censit*: quam explicat Justinian. in *l. cum satis 23. C. eod.* Ex constitutione tamen Zenonis in *l. 1. C. de jure Emphyt. nomen & formam* nacta est §. *adeo Instit. de locat*: Ac licet † à formâ 50.
 veluti à potiori res quælibet denominanda quidē sit, attamen aliud est materia, aliud forma, hæc potest esse juris civilis, illa gentium. Quantumvis etiam in constitutione Contractuū non tam arcte formam materiam intret, quemadmodum forma in corporibus Physicis totū efformat; ac proinde per omnia illi termini non possint intelligi in scientia juris, uti cōsiderantur in scientia Physica ne facultates confundantur, quarum cujuslibet objectum suam peculiarem habet adæquationem secundum quam omnes scientiarū partes determinantur, attamen illa duo utrobique recte possunt accommodari.

Ulterius forma, quæ Contractibus à jure civili additur, non semper est *substantialis*, sed ut plurimum *accidentalis*, qualificatus nempe respectus quò Romani eò in sua Republicâ uti maluerunt, nomine nonnunquam impositò, cum tamen nil minus idem contractus demptò illo peculiari respectu apud alias gentes, à quibus eum mutuati sunt, observetur.

† *Sponsalitia largitas* in genere donatio est, & juris gentium 51.
 ex constitutione autem Justiniani juris civilis dicitur. §. *est & aliud Instit. de Donat.*

† *Datio Tutoris* est à naturâ §. *Impuberes Instit. de Attil. Tutor.* 52.
 Attamen

Attamen ex præscripto II. civilium Romanorum propria audit §. 2. *Instit. de Tutel.*

53. Sic † quod gentibus aliis præter Romanos impune non fuerit si iudex male & corruptè iudicaverit, vel litem suam fecerit, exemplum præbuit Cambytes in Sisamne iudice excoriato apud Zwingl. *in theatr. vite humanæ: vol. 4. lib. 5.* Justinianus tamen sacro huic nomen peculiare propriamq; panam ex q. *delictio* accommodavit. Tot: *tit. Instit. de Obligat. ex q. delict.*
54. Porro † obscure hæc tradit Pomponius in verbis: *Ut interpretatio desideraret prudentum auctoritate necessariam esse disputationem fori.* Latinius ita reddidisset. *Disputatio fori desideraret interpretationem prudentum auctoritate necessariam,* quod observat Lindeman. ad *tit. de O. I.* vel quod eodem recidit: *Interpretatio desideraret prudentium auctoritatem, necessariamq; disputationem fori.*
55. Ex quo apprime liquet † nil proficere jus dare in Republica nisi adhuc sint tria, I. *Jurisconsulti* per quos jus datum quotidie posuit in melius produci §. 1; h. tit. 2. *Ut forum legitime constitutur.* 7. *Detur legitimus & competens Iudex,* coram quo legitimæ actiones exerceri, jusq; suum cuiq; tribui possit, quorum si hoc quod potius est, deficit Imperium nullum diuturnum, ne dum ullum sperandum est, impossibile enim ut peragantur bono exitu, quæ malo inchoata sunt principio, quod enim ab initio vitiosum est, tractu temporis non potest convalescere. Sciendum ex hæc lege disceptationem in foro seu competenti iudicio admodum esse necessariam. Sunt enim actiones media per quæ quisq; jus suum legitime impetrare potest. I. *advocati* 14. *C. de advocat. divers. Judicior.* Ait Pomponius præmemorato à Jctis & Pontificibus per legum actiones
56. præscripto modo † prope *centum annis* populum usum fuisse quod *erroneum* est. Apulsis Decemviris ad publicationem libri Appii excesserunt, ut ego numero, cXLVI. anni, quod tempus incidit in annum ab U. C. ccccl. vel ccccli. in consulatum vel Publici Sulpitii Averrionis & P. Sempronii Sophi, vel Servii Cornelii Sophi & L. Genutii Aventinensis Flor *in summa ad lib. 9. Liv.* Ergo hic vel errat Pomponius, vel §. 7. in fin. ad seqq. §. 5. & tempora ulterio-

rora

riora trahendus quibus iunctis LXXII. Tab. diutius cum aliis iuribus obtinuerint, quod æquè absonum.

† Reconditæ hæ nempe erant legum actiones in scrinio & 57-
medullis Pontificum, quæque ex eo anno quoquò juri dicundo erat
præfectus, quotidie à populo adhibebatur juris experiundi causa, vel
quod populo actiones cum formulis non communicarentur, vel
quod populo sine formulis hæc quoquò die fastò impetratis agere
non liceret † donec C. Flavius Appii Cæci Jcti & procul dubio 58-
Pontificis (qui cxxx. circiter annis post Appium Claudium Decem-
virum vixit) scriba, librum in quo Appius fastos legumque actiones
composuerat, in ordinem redigere Flaviū jusserat, surreptum, po-
pulo traderet, quod adeo gratum munus fuit populo, ut Tribunus
plebis Flavius fieret, Senator & ædilis Curulis (quod tamen ulti-
mum Livius, Valerius & Plinius non scribunt) qui liber non ab
Appio autore Appianus, sed Flavianus dictus est, licet Flavius ni-
hil de suo adjecerit. † Cornicum oculos confixisse Flavius dici- 59-
tur à Cicer. *pro Muren. § 1. Orator.* quod ita arcanam Pontificum
artem eorumque mirabilem in jure suo custodiendo versutiam novâ
hâc calliditate supplantârit & deluserit.

Ob formulas impetrandas antea incognitas difficultate non
tantum torquebatur populus, sed & si quis causam haberet in foro
peragendam æquè dies erat ignotus, quo jus reddi deberet. Consti-
tuti namque à pontificibus erant † dies *fasti* quibus duntaxat exerce- 60-
ri visum erat. Percunctandum ergo vel dubitandum erat, populo
num dies fastus esset, alioquin petitor removebatur, neque Pontifi-
ces illa tria verba *Do, Dico, addico*, quæ prætores postea mutuaban-
tur, non pronunciabant.

Ex Macrobio colligere licet † dies apud Romanos (præter 61-
naturales & civiles) fuisse *festos, profestos aut intercessos*. In festis sa-
crificia Epulæ, ludii, & feriæ habebantur. Diebus profestis ine-
rant *Fasti: Comitiales: Comperendini: Scati: Præliares. Intercessi*
Diis & hominibus erant communes. Fastis quidem diebus lege agi
poterat: Comitibus lege & cum populo † illorum autem die- 62-
rum quibusdam *horis* fas fuit quibusdam fas non fuit jus dicere,
quod Ovid. exprimit in *Fast.*

Nec toto præstare die sua Jura putaris

Qui jam Fastus erit mane nefastus erat.

Horis scil. intra ortum & occasum solis (sumebatur autem initium diei à mediâ nocte) Jove per id temporis neq; fulgente neq; tonante.

63. † *Nefasti* oppositi erant fastis, quos dixere *religiosos: atros & Alliensis*, quibus nullus credebatur successus faustus aut felix d. Macrobr. *lib. Saturn. .1. cap. 16.*
64. † Cum enim postridie Idus *Quintilis Fabii ad Cremeram*. cœssi & alio annò eodem die ad *Alliam* cum exitio urbis fæde pugnatum esset, dictus dies *Alliensis*, quem tanti mali causam crediderunt Pontifices, proptereaq; statuerunt postridie omnes Calendas, Nonas, Idus, atros dies habendos, ut hi neq; præliares, neq; puri, neq; comitiales essent Macrobr. d. loc.
65. † Hos fastos, librumq; fastorum surreptum Flavius circa forum in albo proposuit, animò & amore in patriam pronò, quo circa
66. † neq; *furti* neq; *Plagi* crimine accusandus fuit. De hoc loquitur Cicer. *lib. .1. Orat. & lib. .1. ad Attic. art.* Cn. Flavius Cn. Flavii Libertini filius ante Xviros non fuit, quippe qui ædilis Curulis fuerit, qui Magistratus multis annis post Xviros institutus est. Quid ergo proficit quod protulit fastos? Occultam putant quodam tempore illam Tabulam ut dies agendi peterentur à paucis: Nec verò pauci sunt authores Cn. Flavium Appii Cæci scribam fastos protulisse actionesq; composuisse: ne me hoc vel potius Africanum commentium putes.
67. Quò factò † Jcti hoc fere ad populum egerunt Flavius non omnes actiones tradidisse, sed plerasq; superesse, quâ spe & præmii face accensus S. Ælius quasdam actiones collegit populoq; tradidit, quod jus *Ælianum* dictum est, quemadmodum & *Papyrianum* Cic. *1. Tusculan.*
68. Plinius refert † Senatum postquam hanc divulgationem à Flavio factam cognoverat tantâ indignatione exarsisse, ut annuli & Phalera ab eo abjectæ fuerint *lib. 33. cap. 1.* Intelligebat namq; Senatus legis actionibus tam secretò olim habitis, jamnum ad Plebem delatis mutationem Reipublicæ brevi futuram. Constrictus enim hæcenus sub Patribus, ex quorum medio Pontifices eligebantur, plebs

plebs fuerat, & tam quoad cultum Deorum, quam iudicium civile ab eis dependerat, evalescere igitur veriti sunt Pontificum auctoritatem, jurisque hanc dicendi rationem, postquam plebi jam innotuerat, quod ipsum quod veriti sunt eos non fefellit. † Cum enim pontifices arcanam suam jurisprudentiam ad ambitionem & avaritiam abuterentur, eaque esset à Flavio divulgata, totum hoc juris dicendi munus *Prætoribus* ad eam rem creatis post concessum est. *l. finitâ S. eleganter ff. de damn. infect. l. veluti ff. de V. obligat.* Prætorum autem originem A. U. CCCLXXXIX. adscribendam numero ex Livio *lib. 6. in fin.* 69.

Verum † utrum hi Pontifices præsertim *privatus* sic dictus, *vel* ipse decreverit, *vel* potius iudicia & iudices dandi potestatem habuerit, res maximè anceps est, & vix ex bonorum auctorum monumentis acquisitè constat. Video Dn. Corasium hujus esse Opinionis pontifices *vel* ipsos secundum suas legis actiones iudicasse, *vel* alios more sequenti Prætorum constituisse iudices. Verum ut de hac opinione dubitem me imprimis movet, innotuisse sic citius formulas & ex eis compositas legis actiones si iudicium per alios iudices delegatos aut pedaneos fuisset expeditum, hæsisse enim in medullis Pontificum dies fastos & ipsa iudicia, eaque tantâ calliditate populo calasse, ut nihil de procedendi ratione aliis absolute constaret.

Verosimilius ergo Corasii opinione salvâ, reor Pontificem privatum qui quoque annò privatis secundum Pompon. præfuit litigatoribus diem & iudicium *vel* negasse *vel* dixisse arg. *l. veluti ff. de V. O. Cic. act. 3. in Verr.* & quâ lege agere deberent, formulas & actionem præscripsisse secundum quam ipsi iudicium perficerent, quò pacto legum suarum aucupium arcanius custodivisse persuasum habeo. Nolebant enim, quod ait Cicero, Pontifices obtinendæ ac augendæ potentiæ suæ causa artem suam divulgari *lib. 1. de Orator.* Atque ideo Cornicum oculos confixisse dicitur Flavius quod mirabilem Jctorum hanc versutiam novo calliditatis commento deluserit *Cic. pro Muren.*

Judicia autem † *criminalia* de civis Romani capite per *Quæstiones* centuriatis comitiis habita sunt de quibus agimus ad *S. 20. 21. 22. cum sqq.* 71.

† Præ-

72. † Prætores autem postea insecuti *vel* edicta annua publicè proponebant, donec Salvius Julianus sub Adriano Imperatore *Edictum perpetuum* efformaret, *vel* aliquando ipsi deeernebant, quod tamen raro admodum nisi favore causæ vel personæ prætorem movente contingebat, uti cognoscimus ex *l. Ænilius ff. de minor. l. 1. ff. de var. cognit. vel* ipse dabat actionem & iudices quod innuunt verba edictorum *actionum dabo, Judicium dabo.* † Qui iudices dabantur ex numero *Centumvirorum* litibus prætorum, frequentius tamen ex grege populi seu privatorum in quos litigatores consentiebant. *l. 2. §. 1. ff. de Judic. l. ex consensu ff. de appellat.* Hisce iudicibus dabat formulas, quas in cognoscendo & agendo observare tenebantur, ipsiq; litigantes hos iudices sibi datos sequi tenebantur, quod pluribus persequor ad §. 10.
74. † Delatâ ita ad prætores iurisdicendi potestate, eviuit Collegii Pontificalis autoritas † Jurisconsulti tamen qui fuerunt de *Collegio Pontificum* & alii insequentes jura tunc interpretati sunt & de jure responderunt, non quidem *in vim Juris*, ut olim, sed *consilii*, usq; ad Augusti tempora, ubi non promiscuè pro ut quisq; studiorum suorum fiduciam habebat, de jure respondere amplius fas erat, sed constitutum ut de autoritate Imperatoris deinceps JCTi responderent, quæ responsa vim juris habere ceperunt usq; ad Justiniani tempora, qui habitò selectu ex JCTorum Responsis & scriptis magnam partem in corpus juris per Compilatores rededit, partem juris scripti constituentia, cæteris aliis suo loco relictis. † Discreparunt ergo ab Augusto ad Justinianum data responsa cum responsis & Interpretationibus Collegii Pontificalis quo ad *juris effectum* nihil, sed tantum quoad *causam constituentem* & modum respondendi. *Illa* à populo; *Hi* ab Imperatoribus erant concessi, *Illi* arcanè actiones dirigebant, & LLXII. Tabul. Interpretabantur *Hi* publicè respondebant, responsa sub signatò consulentibus exhibendo: *Illi* unà cum juris interpretatione etiam forum & processum sustinebant; *Hi* verò consulti super certis casibus jus tantum exponebant, deq; jure respondebant. Utriq; autem quod constituere, jus fuit.
77. † *Hodie* pro consulente duo vel tria responsa producta probabiliter tantum arguunt, ut si forte producens, causam nihilominus cadat, absolvatur ab expensis. Abro-

Abrogatō sic simul † rerum Privatarum Pontifice, ceteri 76
 Pontificum, collegiō jam disoluto, muneri suō uzi à Numa insti-
 tutum erat, & illi alioquin facere consueverant in rebus sacris ob-
 eundis institerunt, donec tempore Apostolorum Idololatriâ Ro-
 mæ magnam partem suppressâ, Episcopi Romanenses Christianum
 nomen profiteri cœperunt, quorum in primitiva Ecclesia magna
 fuit Authoritas. Cumq; † regulis & Canonibus ab Apostolis præ- 79
 scriptis contenti esse nollent, ambitiosè jus singulare condere affe-
 ctârunt, ad quod temeritatis copiam inter alia datam sentiebant à
 Carolo Magno; qui cum ex Italia Desiderium ultimum Longobar-
 dorum Regem Anno Christi DCCCLXXIV. Papiæ obsessum & captum
 penitus deleverat, Episcopisq; Romanis in illis Italiae locis lascivius
 dominare campum & licentiam conniverat, illos succedente tem-
 pore audacior & impudentior imperandi libido traxit, ut Pontifi-
 cum & Papatū nomen assumpserint, Friderici II. tempore exem-
 tionem ab Imperio impetrarent, Hadrianus Papa Imperium Ro-
 manum sub Pontifice, Innocentius Papa feudum Pontificis esse as-
 sererent. Eousq; in Christiano Pontificatu fastuosa excrevit cleri-
 corum imperandi libido † ut jactare nō erubuerit Bonifacius VIII. 80
 Pontifex Romanus se habere utrumq; gladium, omnes judicare à
 nemine iri iudicatum *c. unam sanctam. de majoritat. in Extravan.*
 † quantaq; sit inter Solem & Lunam, tantam inter Pontifices & Re- 81
 ges, tam in secularibus, quam spiritualibus esse differentiam, *illos*
animabus; Hos corporibus præesse. c. sollicita. Extr. de Major. & obed.
 Quod possint regna adimere & transferre. *Martha de Jurisdic. pag. 1.*
cap. 23. n. 7. uti Hadrianus IV. Imperatori Friderico insolenter scri-
 bere præsumpsit, cui rectissime respondit Imperator. Eum debere
 potius cogitare de sectandis vestigiis Petri, & portandâ cruce Domi-
 ni, non de regni tradendis, transferendis aut adimendis. *Ritters-
 huf. n. orat. de vita Frider.* † Publicaq; Imperii Constitutione Colo- 82
 niæ Anno 1338. promulgata severissimè Sancitū est à Ludovico IV.
 Imperatore, ut Majestatis reatum incurreret, qui Romanum Im-
 perium feudum esse Pontificis iret asertum. † Cumq; d. Bonifa- 83
 cius VIII. ad Philippū Pulchrum Gallie Regem ita scriberet; Scire
 volumus te in corporalibus & spiritualibus nobis subesse, false re-
 scripsit.

77. scripsit: Bonifacio sese pro Papa gerenti salutem modicam sive nullam: Sciat maxima tua fatuitas nos in secularibus nulli subesse. † Ut sane omnium admirabilium admirationem hoc vincat, ut rectissime scribit Meischner, quod Sacerdotes praesertim Pontificii iis mediis caelum ascendere se posse putent, quibus Lucifer de caelo eiectionis est, de regim. Eccles. Concl. 143.

Ad §. 8.

De Equestribus Romanis: Plebe: variis Comitibus & Plebiscitis.

- DEinde ait Pomponius cum esset in civitate Lex XII. Tabul & jus civile, essentq; legisactiones, evenit, ut plebs in discordiam cum Patribus veniret, & secederet, sibiq; jura constitueret, quæ Plebiscita vocantur. † Plebem coeteram fuisse populi multitudinem praeter Patres exq; eis natos, Patritios dictos ex Romuli & subsequentium Regum instituto compertum habemus, sub qua multitudine Equestres fuisse ex §. Plebiscitum. Instit. de l. n. g. §. c. §. l. 238. ff. de V. S. deprehendere licet.
86. Delituit namq; † Equester ordo à Regum ad Imperatorum tempora sub plebe, post peculiaris ordo effectus est, Inter Senatores & plebem intermedius, eūq; suo tempore Cicero Patre Equite natus in consulatu stabilivit, qui primo anno Augusti interfectus est A. U. DCCXI. anno ante Salvatorem natum XL. qui incidit in A. V. DCCLI. vid. Plin. lib. 33. cap. 2. De hac supputatione alii paulū variant.
88. Distinxit † inter alia Tunica & latus clavus & calceus lunarius Senatorium ab Equestri ordine † Latus clavus erat vestis seu tunica longior vulgari contenta purpura, cui clavus aureus infixus esset. l. vestis ff. de aur. & argent. legat. Unde Senatores laticlavii dicti, Sveton. in August. vid. Budæ in l. ult. de Senat. l. 43. ff. de donat.
89. inter vir & uxor. hunc à † Plebe annulus aureus qui Equestrium erat insigne, & ante Imperatorum tempora fere inusitatum, nisi quod aliquando Consules, & Senatores ad exterarum gentes ablegandi aureo annulo donarentur, alias regulariter ferreo annulo usi ipsi
91. Consules triumphantes. Plin. d. loc. † Deinde ingenuitatis indicium jus aureorum annulorum in libertinis manumissis factum est, jure

jure Patronatus salvò l. 2. C. de libert. & eor. lib. Novell. 78. c. 2. Solis enim ingenuis annulos aureos ferre licuisse scribit Isidorus lib. 20. Quia autem ratio ingenuorum & manumittendorum habita fuit longè ante Imperatorum tempora & jus annulorum aureorù introductum, opinor in statu populari promiscuum aureorù annulorum usum fuisse & imprimis nobilibus Romanis licuisse, quod probat Livius lib. 22. Hannibalem post Victoriam insignem ad Cannas modium aureorum annulorum à Nobilibus Romanis cæsis detractorum Carthaginem misisse, quæ Victoria contigit circa A. U. DXXXVIII. CC. annis ante Monarchiam captam † Solebant 92. Græci annulum aureum gestare in digito manus sinistrae, qui minimo proximus est qui annularis dicitur, quod ab ipso nervus tenuissimus & arteria ad cor perveniat, quæ cor roberetur Gel. l. 6. 10. cap. 10.

† Ordo hic ex censu constitutus est ut qui cccc. sestertiorum 93. seu X. millium Coronatorum in bonis haberet hoc ordine dignus esset, ut si cui unum sestertium seu 25. Coronati aurei defecissent plebejus maneret, licet aliàs virtute & doctrinâ satis polleret, quod Horat. venustè perstringit . lib. Epist. 1.

Si quadringentis sex septem millia defunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesq;
Plebs eris:

Catana: comment. 1. Budæ in l. uli. ff. de senator.

Adepti † Equites L. Rosciâ Tribuni plebis in publicis Ludis 94. jus spectandi in theatris per orchestra & in 14. gradu cum Senatoribus sedendi, ubi promiscuè Senatores cum Equitibus sedebant, proximus alioquin subsellii locus in ima theatri parte assignatus erat Senatui, ubi liberrimus dabatur prospectus, qui plebeja multitudine spectantiù minimè concedebatur vid. Cataneù in pr. Comment. 5.

Dubitare autem non subit † Equestres ante Imperatores multo pluris plebe in genere habitos fuisse. I. Brutus Consul primus ex Equestribus surrogavit in Senatum qui Tyrannide & cadibus Tarquinii Superbi è medio sublatis erant, non ex plebe in genere desumpsit: Erant enim Equestres inter centurias populi 193. in Classe prima, quæ habebat centurias 98. Equitum, & Peditum 80. Tandem autem uti diximus certus civium ordo effecti Equestres, ut fuerint

96. Roma † tres hominū ordines: Senatus: Equestres: & Plebs. Equestrium autoritas tum cœpit, cum Magistratus Curules acquisivissent & legibus Grachi, & Cæpionis ad se transtulissent *Judicia*, quæ ante in Senatorū erant potestate annis fere DCXXIX. Semponius Grachus enim A. V. DCXXX. legem condidit, ut penes solū Equestrem ordinem essent *Judicia*. Indigne hoc ferens senatus cū Cæpione Cos. egit ut *Judicia* inter Senatum, & Equites dividerentur & obtentum ut cum sexcentis Equitibus trecenti judicarent senatores, postea Livii Drusi Tribuni pl. lege anno V. C. DCLXII. numerus Inter Equites & Senatores exæqvatus est. Deinde Cornelius Sulla Dictator *Judicia* Equestribus adempta, ad senatum transtulit. A. V. DCLXXIII. Tandem Aurelius Cotta *Judicia* Inter tres ordines distribuit *Senatores: Equites & Tribunos ærarios*. Cœperunt autem Equites vectigalia à Censoribus ad quinquennium conducere, unde *publicani* dicti, qui erant ordinis nobilissimi. Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum Civitatis, firmamentum Reipublicæ publicanorum ordine continebatur. Isti tot societates inibant, quot erant Reipublicæ provinciæ vectigales. Plebs autem in *b. l. §. 8.* in genere accepta omnem præter Patres & Patritios multitudinem cæteram complectitur quæ cum Patribus in discordiam veniens secedensq; sibi jura Plebiscita dicta, constituit.

97. Bachovius † hic multiplicis erroris arguit Pomponium, ipse autem Bacchovius ab errore seipsum vix vindicat, quod Pomponiū hic de prima tantum secessione agere existimat, non autem de secundâ, aut potius tertiâ, propter rationem & Computum L. Hortensia, cujus hic mentionem facit Pomponius, quæ in tertia secessione lata est.

98. Constat ex communi opinione & historiæ veritate † plebem ter secessisse 1. In *montem sacrum* Duce ac monitore Sicinio ob crudelitatem creditorum circa annum Mundi MMM. CCCLIX. Ab U. C. autem CCLXII. post reges exactos XVIII. Ante completas LLXII. Tabul.

99. LIII. 2. † In *montem Aventinum* ob Appii Decemviri injustitiam & impudicum scelus, quod incidit in A. M. MMMDIII. Ab U. C. CCCVI. Post LLXIII. Tabul III. 3. † In *Janiculum* de qua Gellius *lib. 5. cap. 17.* Plin. *lib. 16.* Florus *ad Epitom. Liv. lib. 11.* in fin. quæ tertia secessio contigit, uti ego ex Livio numero A. V. CCCCLXI. vel circiter. Disfent

Min.

Minfynger qui duas tantum secessiones numerat ad §. *Plebiscitum*
Instit. de l. n. g. & c. quæ opinio est contra historiam. Insignis † in- 101.
 super memoratur secessio conjuratorum contra Capuam quibus à
 Valerio Corvino Dictatore pacificatis, fertur L. Genutium Tribu-
 nū plebis tulisse ad populū Plebiscita, ut liceret Cosf. ambos plebe-
 jos creari, quæ secessio fortè dicenda quarta foret Liv. lib. 7. circa fin.

In † *prima* secessione Plebiscita condita sunt in uno potissi- 102.
 mum casu: Ne plebs à potentioribus carceri ulterius manciparetur,
 & ob æs alienum, quod propriis sumptibus militaret, contractum
 corporaliter afficeretur, plebi Magistratus & Tribuni sunt concessi
 vid. §. 20. qui plebem contra vim optimatum defenderent. Liv. lib. 2.
 quam secessionem solam Pomponio hic ascribit Bachovius in *Com-*
ment. ad τὸ πρῶτον Loquitur autem ille potius de secūda aut tertia.

Solebant † Romani præter militiam & agriculturam non alio 103.
 vitæ genere ex artificio manuali aut quæstu vivere, inde facilè eve-
 nit, ut assiduis bellis suis sumptibus expediendis facultatibus denu-
 dati onere alienò gravissimè onerarentur tenuioris fortunæ cives.

Cumq; † *Lex Agraria* de publicis in populū dividendis agris, 104.
 quæ variis motibus per aliquot secula inquietarat Rempublicam
 à Grachis Fratribus seriò agitaretur & moveretur, ut haberet unde
 militaret populus, tandem obtentum est ut † A ab U. C. CCCLII. *Equi* 105.
tes Romani publicâ mercede & salariò militare cœperint. Liv. lib. 5.
 qui annus fuit à primâ secessione in montem Sacrum xc. *Pedites* ve-
 rò prius A. U. CCCXLIX. ex publico proportionem census tri-
 butum Varro lib. 4. stipendium acceperant Liv. lib. 4. Flor. Motus ta-
 men de L. Agraria, continuo durârunt † Receptum autem fuit, ut 106.
 milites Romani post *quingagesimum* ætatis annū à bellicis expedi-
 tionibus haberent vacationem Coras. de O. l. ad §. Deinde quia n. 27.

In *secunda* † secessione à M. Horatio Barbato & L. Valerio 107.
 Potito Cosf. Liv. lib. 3. *Decad. 1.* junctis X. Tribunis contra Decem-
 viratum electis, non tantum Lex Publicola renovata, sed & alia ple-
 biscita quæis populus univèrsus teneretur, sancita sunt, ceu refertur
 à Liv. lib. 2. quæ plebiscita ab altero Cosf. Horatio *Horatia* in ejus
 honorem, quod plebi multum faveret, nomen acceperunt, quæ cum
 postea ab optimatibus supprimerentur † in *tertia* secessione quin- 108.
 quennium post facta, tandem per legem Hortensiam ab Hortensio.

Dictatore latam plenius confirmata sunt, ne quidem ut plebiscita à lege quoad effectum, sed causam efficientem & modum ferendi differrent. Gell. lib. 15. cap. 27.

109. Hoc contigit ferè triplici ratione † 1. Lex à Majoribus Magistratibus ferebatur; *Plebiscita* autem à solo tribuno inferiori Magistratu rogante. Rogatio communis erat omnibus Magistratibus: Totius namq; rei, jurisq; sive cum populus, sive cum plebs rogaretur, sive quod ad Senatum & universos spectaret, caput ipsum & origo, & quasi fons erat rogatio 2. *Ills* ab universo populo Senatoribus, Patritiis & Magistratibus quive jus dicendæ sententiæ in Senatu habebant; *Hec* à sola plebe jubebantur. 3. *Ills* Comitiiis *omnibus* sive centuriatis, curiatis sive & nonnunquam Tributis; *Hec* vetò *Tributis* tantum. Capito apud Gell. lib. 10. cap. 20.

110. † *Comitium* erat Romæ locus in quo suffragiorum habendorum causa coibant Civis Romani, qui locus pro varietate Comitiorum variabat. † Comitiorum jus erat penes principem Senatus annuente tamen populo. Cū enim urgentem causam Comitiam essent habenda ex SCto decernebantur, postea necessario annuebat populus ut exequerentur. Cum itaq; cōstaret de voluntate populi qui jus Comitiorum habebat, populū faciebat cōvocari publicè per Cornicinem ad quam cōvocationem admodū solennem populus totus insurgebat.

111. † Comitiorum jus erat penes principem Senatus annuente tamen populo. Cū enim urgentem causam Comitiam essent habenda ex SCto decernebantur, postea necessario annuebat populus ut exequerentur. Cum itaq; cōstaret de voluntate populi qui jus Comitiorum habebat, populū faciebat cōvocari publicè per Cornicinem ad quam cōvocationem admodū solennem populus totus insurgebat.

112. † Erant autem vel *centuriata: Tributa* & *Curjata*. *Centuriatis* Comitiiis auguratus erat *Campus Martius*; *Tributis* spatium inter *Curiam* & *forum*, ubi rostra erant affixa, rarò coibant in *circu Flamini*; *Lucu Perelino*, & *Capitolio* Manut lib. 5. antiquitat. quæ loca etiam curiatis Comitiiis dabantur.

113. † *Tributa* Comitiam erant cum plebs sola rogante Tribuno Plebis suffragium ferebat. Tribuni plebis aliquando Curiatum Comitiiis rogationes habuerunt, quod postea L. Tribunitia Publilia abrogatum. Tulit enim Valerius Philo & Latorius Trib. plebis Apptio Claudio A. F. & T. Quinctio Cofs. A. U. cclxxx. ut plebeji Magistratus, qui antea Curiatum Comitiiis fiebant, deinceps remotis Patribus Tributis Comitiiis crearentur Liv. lib. 2. Dionys. lib. 9. Atq; in hisce Tributis Comitiiis plebiscita scisciebantur in loco ubi Rostra posita erant, simili ferè modo & Ceremoniis quibus lex ferebatur in campo Martio, cum hac tamen differentia, ut sola plebs in suis

suis tribubus ibidem congregata viritim suffragia ferret, plebiscitumq; scisceret solò Tribunò plebis rogante, quòd & ita observatū post tempus L. Hortensia lata, quā plebiscita legibus exaevabantur. Cum verò † Lex Centuriatis Comitibus ferretur præter plebem & patres & Equestres postquam scilicet distinctus civium ordo factus est, in campo Martio congregati *centuriatim* h. e. singulis centuriis unum suffragiū exponentibus, suffragia data, atq; si lex *ordinarie* ferenda fuit, rogante Consule, si *extraordinarie* Dictatore vel Interrege rogante à populo prædicto modo iusta est. Populi enim est *jubere*, Senatus *decernere*, plebis *sciscere* Varro *lib. 4.* Ritus ferendæ legis in antiqua Roma usitatum exponam *ad S. 12.*

† *Curiata* Comititia dicta sunt, quòd omnes populi Curia & partes coirent, plebs cum patribus. Cōvocatō namq; per *triginta quinque* curias populò, singulisq; Curiis velut in septa segregatis (id enim commodius videbatur ad evitandam multitudinis confusionem) à prætore Consule, vel alio ex Majoribus Magistratibus sententiæ rogabantur. Hæc ergo Honoratiora erant Tributis.

† Centuriata Comititia maxima fuerunt, quæ cum congregata erant non multum distabat multitudo à iusto exercitu, ideoq; *sine armis* populum extra urbem in campo Martio (*qui fuerunt agri Tarquinii superbi, post Reges exactos DEO Marti consecrati*) coire fas fuit: *centuriatim*, *centuriatimq;* data sunt suffragia.

Hæc † autoritate & dignitate majore antestabant Curiata Comititia, ut maximum sibi gratuletur Cicero se non curiatis, sed centuriatis Comitibus ab Exilio esse revocatum, quæ majoribus auspiciis, longeq; majori solennitate & regulariter ex Scto peragebantur. Halicarnasf. *lib. 2.* Non ergò centuriatis aut curiatis sed Tributis Comitibus fiebant plebiscita, singulis plebis congregatis Tribubus. † A principio quidem populus Romanus nõ utebatur nisi centuriatis Comitibus, Comititia *Tributa* primū in causa Martii Coriolani Introducta sunt, quòd tradit Dionysf. Halicarnasf. *lib. 7. antiqua Roman.* Sed quid Inter tria hæc comitorum genera fuit differentia? *Tributa* & *Curiata* in hoc habuere convenientiam, quò ambo in foro habita, ambo viritim pro numero capitum tulerint suffragia, sed in eo discrepabant, quòd in Curiatis, qui unius curiæ erant, simul vocati, ut suam quisq; sententiam declararet. In centuriatis singula Cen-

Hæ Centuriæ singula ferrent suffragia. In qua ergo classe plures habebantur centuriæ, in ea plura etiam dabantur suffragia. Tribus ab initio constituit Romulus *tres*. *Tatiensem* à Tatio Rege: *Rhamnensem* à Romulo: *Lucerem* à Lucumone, aut luco quem Asylum vocaverat Romulus. Nomen tribus hæ acceperunt non à nominibus raptarum Sabinarum, cum multo plures erant captæ, sed à nominibus earum quæ suo Interventu bellū Inter parentes & maritos diremerunt. Has tres tribus Romulus in 30. Curias divisit. † Meminit Ascon & Cic. in *Verr.* xxxv. Tribuū à Cenforibus Institutarū, quæ propter existimo ante latam Legem Publiliam Lætoriam *Tribus* & *Curias* ex usu loquendi parum discrepasse, licet reverà multū inter se discrepārint, post latam etenim hanc anno ab U. C. ccclxxx. Legem Tributa Comitia Tribunorū plebis quasi propria facta sunt.

Reperire licet ex Manutio harum Tribuum distinctas appellationes, quas jucundæ antiquitatis gratiâ hic appono.

120. † Erat namq; *Romilia* Cic. in *Verr.* *Suburana*. Varro *lib. 4. de ling. latin.* *Mentina*. Cicer. *lib. 3. Epistol. 9. Æmilia*. Cic. *id Attic. lib. 2. Claudia: Cornelia: Fabia: Horatia: Papyria: Sergia: Veturia: Publilia:* hæc nomen accepit à plebejâ gente Valer. *lib. 9. cap. 10. Antensis: Arniensis: Clusumina: Esquilina: Palatina: Sabatina: Galeria: Falerina: Collina: Lemonia: Pollia: Qvirina: Scaptia: Terentina: Vultinia: Velina: Mæcia: Valer. lib. 2. cap. 4. Oufentina Liv. lib. 9. Pomptina: Stellatina: Pupinia: Tromentina: Vajentina* Cic. *pro Plane.*


121. † Circa quas Tribus advertendum, quasdam apud Romanos fuisse *Urbanas*, quasdam *Rusticas*, ex quibus hæ laudatissimæ & honoratissimæ fuerunt, & maximè propriæ *Ingenuorum* præsertim eorum qui rura habebant & prædia † quæ *Libertinis* non erant, sed hæ urbem tantum inhabitabant † *Urbanæ* dicebantur hæ quatuor:

122. *Palatina: Esquilina: Collina; & Suburana:* quæ loca Libertini inhabitabant quod discere licet ex Ascon.


124. Ex quo intelligendum † quid sit *Tribu movere*, quod *notæ* causa fiebat, ut si quis à Cenforibus ex Rustica in aliam Rusticam, vel ex Rustica in Urbanam Tribum moveretur, quæ Translatio ex Rusticâ in Urbanam Ignominiosa fuit


125. † Rusticæ Tribus fuerunt XXXI. reliquæ à Cenforibus ita distributæ, qui & tres ordines Romæ Senatorium: Equestrem: & Plebejum ordinârunt *Coras ad tit. de O I §. post deinde.* † Atq; ex his Tribubus aliæ erant, *Patritiæ*, aliæ *Plebejæ*,


126. Hæ Tribus Comitibus conveniebant, non *illa*. Centuriatis verò Comitibus indifferenter omnes, quæ quidem & conveniebant Curiatibus Comitibus, sed tantum per Curias congregatæ. Plura de hisce agam ad § 20.











VVLGO DIATO die Klapper-Jagd. 433

§. XI. Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferiora minor, aut media, venatio data est, a nostro uenando se abstinere debet in locis, ubi ferae maioribus. Is autem, qui duntaxat superiori, siue maioribus venatione, tali, vice versa, uti nequit in locis inferiora ferarum minores, aut mediae, subsistunt. Ratio assequius in promptu est, qui alterius ferarum per eiusmodi venationem disturbantur, et in aliena loca extra banerium transfugiunt (b). Non debet autem alteri per

eorum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-tem id quoque non facile permittitur, ut, praedio, cui venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in locum unius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea loca substituatur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maij. 4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio exantur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet uerba, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
l. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehren,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm.

E